

1677

PSAL. CXXVI. 3.

הַגִּבּוֹר יִצְחָק לְעֵשׂוֹת עֲשָׂנוּ הֵיכָן שְׂמֵחִים

AFFECTUS AUREUS,

in discedendi confinio crescens,

quem veluti Prædem

nunquam occasuræ memoriæ

V I R I S

*PRÆ-REVERENDA AMPLITUDINE ATQVE CONSTANTIA
CLARISSIMIS,*

DN. SAMUELI NIKLETZIO,

Ministro Ecclesiæ Ulybaniensis meritissimo,

DN. NICOLAO LEPORINI,

Pastori Eccl. Poltariensis, & V.C. Neogradensis

Fratrūqve Pestensium Notario dignissimo,

DN. STEPHANO ZEDENI,

Mystræ Eccl. Dörgiceiensis vigilantissimo,

qui postquam admirandâ DEI potentiâ ex Triremibus

Neapolitanis Reduces Wittebergam, ex complexu Amicorum

Anno 1677. die 5. Februarii sic cogentibus fatis discederent

Hospites longè gratissimè,

ceu MARTYRIBUS CHRISTI CONSTANTISSIMIS

in Propempticis his dederunt,

FAutores, AMICI, ac POPULARES,

nunc, velut RELIQUIÆ desolatæ Sionis Hungariçæ

IN ALMA LEUCOREA,

in spem DEI miseratione restituendæ Patriæ

Studiis Exilium demulcentes.



WITTEBERGÆ, Typis JOHANNIS BORCKARTDI, Ac ad, Typ.

Excudebat SIMON LIBERHIRT.



In fontes animæ nostrum ne spernite Carmen
 Quod prægrandis Amor cum Pietate canit.
 Siccine decretum est subito nos linquere tristes,
 Extorres Patriâ quos fera fata premunt?
 Ergone mœsta tamen vocitat Vos Pannonis ora,
 Quæ vobis poenas duraq; vincula dedit?
 Sic est: *magnus amor semper solet esse Parentis*
Terra, atq; occultras suggerit illâ faces.
Omne funesto liquistis Patria tecta,
Vos dum seua manus duxit ad Exilium;
Omne felici ad Patrios nunc calce penates
Tenditis, Aligerum vos comitante choro.
 Carpito Triga viam, Natosq; reviviscementes
Nuprasque, in DOMINI Nomine carpe viam.
 Haectenus in nostro lare Te, pia Triga, videbam,
 Hanc posthac semper corde favente geram.

devoto affectu prosequebatur

JOHANNES GOBIUS, M. A. P.

Horresco referens, vestier quæ fata ferebat
 Zelus, pro Christo subiens dirissima fata.
 Is Patria fines & dulcia pignora liquit,
 Gratior ut civis celsi reddatur olympi.
 Is fame, mille plagis & dirâ carcere pressus
 Experire tandem transtrorum fata maligna.
 Clarior at vobis hinc surgit gloria fama
 Crassi divitiis aut degenerantis honore.

deplorans fata Patriæ & suorum
 tristissima Exilia fecit.

M. PAULUS PLATANI, Hung.
 Hor.

MAGY. TUD. AKADEMIA
 KÖNYVTÁRA

a. & a.

Horrída Tempestas Palmam urget, ut altiùs inde
 Surgat, & augusto vertice ludat onus:
 Sic Te Triga Virum Clarissima, pressit, iniquis,
 Non tamen oppressit, Sors inimica, modis.
 Hinc decus, & meritæ veniunt præconia laudis,
 Quæ ex animo grator, Triga perampla Tibi!

Johannes Baptista Nöschel/
 Sopron. Hung.

Per varios casus, per mille pericula vitæ,
 O passi mala dira, VIRI, (meminisse stupeſco.)
 Existis PATRIA, sedes ubi turba quietas
 Turbavit Cleri, tristesq; agitare triremes
 (Indignum facinus!) pepulit; sed Numinis alti
 Vos favor eduxit, duxitq; benignus in oras
 Pacatas; revocate animos vestrosq; dolores
 Mittite: certè etenim Vos hæc tolerâsse juvabit.
 Durate, & Vosmet rebus servate secundis,
 Auspiciis lætis PATRIÆ quæ, Pace reductâ,
 Numine propitiò, surgent: benefacta Bonorum
 Non deerunt Vobis: nec semper iniqua tonabit
 Sors; quin optatum faciet DEUS huic quoq; finem

Ita ominatur, ac optima quæq; VIRIS
 Pl. Rev. & Clar. qui venerunt ex ma-
 gna tribulatione, (Apoc. VII, 14.)
 precatur ex animo.

GEORGIUS Weicker/ Neosolio Hung.
 Philof. & SS. Theol. Stud.

Quam nulla fuit sortis mora longa beata!
 Perbreve momentum est, quo gaudia nostra feruntur.
 Vix licuit Reduces hilari spectare Ministros
 Lumine, Parthenope lentâ quos morte Triremes

(&

Torque.

Torquebant; Verùm solvit fera vincula JESUS:
Cogimur en subito hos ab euntes reddere Terris
Pannonia. Sed quid flagrantia vota moramur?
Namq; audire mihi videor vocitare Parentes
Natos, & lacrymis Confortes usq; madere.
Pergito TRIGA DEI, quo concita vota propellunt,
Pergito, dicq; tuis: En vivunt munere Divum
Illi, quos dirâ deflet in Sorse peremptos.
Exorata quies Superis est, ponito luctus,
Sat longas perpesa moras, ô turbula! rursus
Utere Connubio. Jam tandem nubila fati
Es tristes cessere dies. Jam mitius æbra
Ridet, & immenso sua dona favore Coronat.
Nunquam vana fuit Pietas, aut naufraga Virtus,
Te cum lata dies tulerit sub clima Budorgis,
Exilii Socios multum Salvere jubeto,
Et quam pura mihi mens fit, sub pectore puro
Dicito, ne rursus levitatis crimine damner:
Pergito noster AMOR, sub JESU pergito Curam
Ipsa Salus nam Te, perges quocumq; sequetur,

His brevibus, suos in CHRISTO Patres, ex
complexu mutuo abeuntes, lugens ma-
gis, quam lubens comitatur,

M. Georgius Gasitzius Hung.
Elect. Alumn

Psal. CXV. 15.

Benedicti vos à Domino!

Ter benedicta Cohors, Domini quæ jussa sequuta,
Horrida vincla pati pro Pietate volens:
Tollitur ex limo & cunctis celebratur in oris,
Climata multa petit, Leucoridemq; subit.
Quis plausus ortos hinc cunctis dicere possit?
Namq; PATREM extinctum heu! hæc mihi Triga refert
Hinc

Hinc DEUS Aligerum tueare umbone Migrantes
Restituas Patriæ, nos quoq; mente precor.

Felicissimos viales & Exilii onerosissimi optata
vicissitudinem Triga Confessorum illustrissima
nec non Dn. Dn. Bugan, Baltb. Nikletzio & Cl.
M. Stellero citum, negotiis feliciter absolutis,
ad Almam nostram & hinc ad suos accursum,
(quibus J. C. abstergere velit lacrymas ab oculis
cunctas!) precatus, L. M. Q. P.

Christoph. Mazarius Hung. Vitt. SS. Th. Stud.

Quos Patriâ pepulit Meretrix Babylonia terrâ,
Quos terricus carcer, rataq; turba premit,
Quos Pelago addixit Papalis dextra Tyrannè
Hos tandem Patriæ Coelica causa dabit.
Teq; etiam pia Triga soluta trirēmibus atris;
Patriis Numen reddat ut, opto, focis.

f.
JOHANNES MAJERUS Aln. Hung.
SS. Theol. & Phil. Stud.

Ad Excellentiss. Heroa, Capitivorum Vindi-
cem, Parodia, ex Emmanuelis Thesauri Inscriptione
Appar: Funebr. p. 5.

Ut pia Papæ exolvat colla catenâ,
Neptunum Batavò Marte, ADRIANE, quatuor
Commutare potes, non solvere Vincula Vincis:
Quæ tulerant collò vincula, corde ferent.

affectu prolixo
exordia

GABRIEL TRUSIUS, Veterisoliensis.
Salvè

S Alve Triga redux! melioribus utere fatis
Carpe viam felix dulce revivise solum.

*Ap. ludos Tragicos superantibus Dn. Affini
& ceteris crucis ejus fidei Parasatis o-
ptimè cupiens.*

Esaias Pilarick, V Vitt. Phil. &

SS. Theol. Stud. E.A.

A. 3.

Qu Te Kerker / Schläge / Tod / See / Ruder / Wind und
Wellen /

Nicht von der treuen Pflicht Erkannter Wahrheit trieb:
Die Elend / Schmach und Peyn / aus rechter Gottes Lieb /
Mit Christen Helden-Muth / annahmen zum Gesellen /
Ja / die des Himmels-Gunst durch grosses Creuz bewähret:
Die werden billich auch von jedermann geehret.

Glückwünschend schriebe dich

Joh. Friedrich Sartorius /
von Preßburg.

Tristitiam quantam tum sensi mente, tritimes
Cum pulsa ad Siculas es, miseranda Cohors:
Laticiam tantam tum cepi mente, benigno
Auspice cum fieres libera turba DEO.

Sed tamen à Patriæ prohiberis limine Charæ
Exul & exotica sede moraris inops.

Soletur Numen! Patronos excitet almos!
Inq; piam Patriam sis aliquando redux:

Ita ex animo vovet.

Matthias Walther. Perelsdorff Hung.
Phil. & SS. Theol. Stud.

Ex

Ex Psal. 66.

Transivimus per ignem & aquam.

*ωρεσφωρισ
ad*

Exulum Trigam:

Constans Triga fide, die laudum meira Jehova,
Glorificans celsi facta stupenda DEI.
Te Deus astripotens fulvum velut igne probavit
Aurum, & fluctivagis exagitavit aquis.
Per flammâs & aquas en robore fulta superno
Transisti à eunctis libera facta malis.
I. sacra a Deo pietate, fideq; Corona,
I. recrees reditu pignora cara tuo.

Sic piis votis discessuram Witte-
bergâ Exulum Trigam comi-
tabatur

Martinus Dubovvski, Solnâ-

Hung. Phil. & Theologiæ Studios.

Post dira tandem Vincula
Triga (ah!) redis Parentum,
Deserta viles pignora
Cor recreans gementum.
Tuos in amplexus ruent
Præ gaudio Maritæ,
Omnes querelæ corruent
Quas sparserant relicta.

Flu

*Pl. R. atque Cl. D. Samuelem Niclez-
zium, Affinem suum honoran-
tum, duosq; Cl. crucis socios co-
mitari ut voluit ita debuit*

Jeremias Pilarik, p. t. V Vitt.

SS. Theol. Studiosus.

I Cara Triga Ecclesie,
L. cuncturem gementem
Solatio mox erige,
Et subleua labantem.

Advovebat
GABRIEL PILARIK. Hung.
Phil: & Music. Sr.

Ed' zarmucef zřeteziny / wradost gest obracen!
Ed' Niclets Stowaršiny / gis gest wyshoben!
Ach Bože Přemhly! Pomož gym šřivogym Přie
A ja Wittenberskych! Přitelům teš Připje.
Zada Ze šřdce Dobry Přytel.

